Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8204
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De Vita et Scriptis Hesiodi.

Hesiodus ut ipse de seipso dicit, pauperibus parentibus natus fuit, qui prius in Asia habitauerunt. Ibi cum magna urgerent inopia & tenuiter uiuerent, siue propter amoenae caritatem, siue ob alias difficultates, in Graeciam sese contulerunt, sperantes, se facilius illic uiturros esse. Quare aliquandiu in Ascra pago habitauerunt sito iuxta montem Heliconem. Post mortem suam mediocres liberis reliquerunt facultates, sed Hesiodus in diuisione hereditatis à fratre Persa defraudatus est, unde etiam passim in libello suo de ipsius iniuria & uiolentia conqrit, et ipsum adhortatur, ut animum suum applicet ad honestos labores ociumq; uitet, ne alienis opibus insidiari opus habeat. Defunctis autem parentibus Sacerdos factus est, et semper rem diuinam faciens admonuit homines, ut in uita iustitiam colerent et exercerent. Dicunt, ipsum à Musis in montem Heliconem ductum esse, et ibi donatu fistula,